



FLORES POETICI
Quibus
 LAURUS APOLLINE
 NOBILISS. DN. CANDIDATI
 DECORATUR.

I.

ES similis studio, similis pietate sodali,
 Militiæ pariter præmia digna capis.

PROMOTOR.

II.

Sacra sales poscunt, nec eos Medicina recusat,
 Ut tua pro Lauru pagina scripta docet.
 Ipse salis vires imitaris, nec tua virtus
 Non tuta aeterno fœdere, Doctor, erit.

J. J. HOFMANNUS, Ph. & Th. D.
 Histor. P. P.

III.

Esalibus nôsti Medicas educere vires,
 Hincque hominum morbos pellere, grate DEO.
 Quàm bene frontem igitur cingit Phœbeia laurus,
 Et te inter Medicos jam jubet esse Viros.

Honoris e. pos.

J. JACOBUS HARDERUS, Phil. & Med. D.
 P. P. Sereniss. Princ. Durlacens. Med. Acad.
 Curios.

IV.

EXimiâ virtute clues, Hanharde diserte,
 Aurea facta probant, aurea dicta probant.
 Tempora nunc Lauris cinget Tibi Rauraca Pallas,
 Ingenio quæ sunt præmia digna tuo.

Sit